

cessantem causam, propter quam pœna vel planè remittitur, vel saltem mitigatur; illa autem est furor verus, qui importat mentis defectum. Simulatus autem furor includit dolum & deceptionem, ut delinquens sub eo prætextu eò tutius delictum excusare, & promeritam pœnam evitare possit. Unde furor probari prius debet. *Vivius lib. 1. Commun. Opin. fol. 307.* Sed quomodo probetur, vide *Pacian. lib. 1. c. 43. num. 44, 45. fol. 210. de Probat.*

Cæterùm de vero furore id docent Practici, furiosum propter magnum animi morbum à pœna ordinaria meritò excusari, etiam tum, si is tempore furoris intermittentis, & cùm is intervalla habet, delinquit. *Julius Clar. lib. 5. q. 60. vers. 7. Item quæro. f. 732.* *Joh Baptista Villalob. in The- sauro Commun. Opinion. f. 257. n. 180. 181.* *Francisc. Vivius lib. 1. Commun. Opin. in verbo Furiosus. Opin. 344. f. 307.* Quando autem constat aliquem esse furiosum, tum in dubio præsumitur, quòd actus sit gestus in furore, nisi in specie probetur, quòd tempore intervalli deliquerit. *Grivellus Decis. 33. n. 26. 27. f. 105* *Carpzov. part. 3. q. 145. n. 35. & n. 38. f. 370. Pract. Crimin.* Interea si constiterit furiosum dilucida habere intervalla, quod probè in actis est consignandum, & tempore remissi furoris eum deliquisse, tum propter delictum ab ipso, cùm esset sanæ mentis, commissum, omninò puniri poterit juxta conditionem personæ & qualitatem facti. *Reusn. l. 1. Decis. 17. n. 16. & seqq. f. 81.* *Carpz. part. 3. q. 145. n. 33. & seqq. f. 369 & 370. Pract. Criminal.* Et hoc iterum urget Imperator, quòd Judices debeant jurisperitos requirere, quomodo & cum furiolo in casu delicti ab ipso perpetrati sit procedendum, an perpensis singulis circumstantiis sit absolvendus, vel puniendus.

ARTIC. CLXXX.

Pœna Commentariensis, qui reos clam dimittit.

So ein Hüter der peinlichen Gefängniß/einem
Gefangenen außhilfft.

So ein Hüter der peinlichen Gefängniß/einem/der peinliche Straff
verwürcket/ außhilfft/der hat dieselb peinliche Straff/ an statt des
Ubelthäters/ den er also ausgelassen/ verwürcket. Kåme aber
der Gefangene durch bemeldtes Hüters Unfleiß aus dem Gefängnis/ sol-
cher Unfleiß ist nach dergestalt der Sachen und Rath/ so an den Orten/
als hernach folget/ gepflogen wird/ zu straffen.

AD